

## Tempore

139

a iherusalem recedentibus puer Ihesus remansit in iherusalem per triduum ostendit q̄ pacem amat ⁊ q̄ cum ipsa et in ipsa libenter habitet: vnde d̄ in ps. 75. Factus est in pace locus eius: sic etiam legit̄ Lu. 10. q̄ mittens. ⁊ 2. discipulos ante faciem suam in omnē ciuitatē et locū quo ipse erat venturus dicebat illis. In quamcūq; domuz intraueritis primū dicite. Pax huic domui: ⁊ si fuerit filius pacis requiescet sup illum pax vestra. Ecce p̄mittit pacem in oēm ciuitatē ⁊ locū quo ipse erat ventur⁹: ⁊ per hoc innuit q̄ in nulli⁹ hoīs cor venire dignat nisi ibi pacem inueniat. **P.** Igit̄ cum cor n̄m spūaliter debeat esse iherusalem. Notandum est q̄ triplīcē pacē h̄re debemus si volumus q̄ ihesus maneat nobiscū ⁊ habitet in corde nostro. Prima pax est vt nullum in cordib⁹ n̄ris odiam⁹ de hac pace dicit apls ad Col. 3. Pax xp̄i exultet in cordib⁹ v̄ris: Tunc pax xp̄i exultat in cordib⁹ n̄ris cum nec rancor nec inuidia nec odium inquietat: hec em̄ expelli debent a corde vt pax in ipso eo quieti⁹ requiescat. Secunda pax est vt neminez verbis nostris vel occulte vel palam offendamus: de hac pace dicit aplus. ⁊. ad Cor. 13. Pacem habete ⁊ deus pacis erit vobiscū. de qua vero pace loquit̄ statim q̄si exponēs subdit. Salutate inuicē in osculo sancto q. d. Non debetis inuicē in verbis iurgiosis litigare: sed potius benigne vos salutare et h̄ debetis facere in osculo sc̄to non in osculo dolo sicut osculatus fuit ioab amasā: legit̄ enim. ⁊. Reg. 20. q̄ ioab qui erat p̄ncēps militie dauid vna cū manu tenuit cuiusdaz militis mentū qui amasa vocabat̄ quasi osculās eum: dicensq; ad eum. Salue mi frater: altera vero manu gladio percussit eū in latere ⁊ effudit intestina eius: sic adhuc hodie multū sunt q̄ alios salutāt quibus tñ malū facere molunt: vnde dicit Greg⁹. Mentū tenere est cum benignitate blandiri: sed sinistram ad gladium mittit qui latēter ex malicia percūt. Tercia pax est vt nulli malū vel damniū aliq̄ nostris operibus inferamus: de hac pace dicit aplus. ⁊. ad Theb. 3. Ipse deus pacis det vobis pacē sempiternā in omni loco De qua vero pace loquit̄ statim quasi exponendo subiungit De⁹ sit cum omnib⁹ vobis: tunc est deus nobiscū cum nulli malum vel damnum inferimus sed vnumquēq; sicut nosmetipsos diligamus Deus aut̄ est caritas vt Joh. in sua epla p̄stat̄. Q̄ autem ipse ihesus velit nos h̄re hanc triplīcē pacem per hoc euidenter ostēdit q̄ post resurrexionez apparens discipulis ter dixit eis. Pax vobis sicut ait Joh. 20. **X.** Sc̄dm qd̄ considerari oportet in puero ihesu hoc est q̄ tanq̄ cultum dei diligens templum non theatrum frequentauit: vnde legit̄ in hodierno euangelio q̄ parentes eius